

at present, neither the Sections, nor even the Genera, of our small Lepidoptera, are sufficiently numerous, or well understood.

7. OBLIQUANÆ, alis anticis sæpius retusis, et plus minus ferrugineis, plerumque oblique fasciatis; costa basi rotundata; volatu æstivo; statura varia, prægrandi subinde, rarius parva.

T. (The Forsterian) alis anticis obtusis, cinereo-fuscis, maculis tribus saturatoribus in triangulo. *Forsterana.*
84.

Pyralis Forsterana. *Fab. Ent. Syst.* 3. 251. 37.

HABITAT, Imago m. Jun. Sepibus atque Sylvaticis, at infrequens.

EXPANSIO alarum 1 unc. 1 lin.

DESCRIPPIO. Alæ anticæ cinerascenti-fuscæ, maculâ fuscâ medio costæ; alterâ etiam costali, exactè inter hanc et marginem posticum, tertiâque majore fere in medio marginis tenuioris. Omnes hæ maculæ quasi in triangulo. Posticæ fuscæ.

T. (The Hazle Tortrix) alis anticis obtusis griseis, fascia basi obliqua, maculisque tribus subposticis in triangulo saturatoribus. *Avellana.*
85.

Tortrix Sorbiana. *Hüb. Schmet. Tort.* 18. 113.

Phalæna Tortrix Avellana. *Lin. Faun. Suec.* 1316.

Pyralis Avellana. *Fab. Ent. Syst.* 3. 26. 17.

HABITAT cum priore, at infrequens. Imago i. Jul.

EXPANSIO alarum 11 lin.

DESCRIPPIO. Alæ anticæ subgriseæ, tincturâ flavescente, fasciâ antrorsum obliquâ subfuscâ basi, aliâque longiore magis obliquâ pone medium, quæ sæpius interrupta est: et inter hanc et apicem, maculâ costali etiam subfuscâ. Posticæ saturate fusæ ciliis fulvicantibus.

T. (The Oblique-barred) alis anticis retusis, cinereo fulvicantibus, fascia subrecta basi, secunda media obliqua, maculaque costali postica, obsolete fulvis. *obliquana.*
86.

Pyralis obliquana. *Fab. Ent. Syst.* 3. 257. 62?

HABITAT apud nos rarissime.

EXPANSIO alarum 8-10 lin.

DESCRIPPIO. Alæ anticæ fasciâ basi obsolete subrectâ sive subarcuatâ, obsolete albido marginata: secundâ a medio marginis